

... et p...
... ex p...
... **P**...
... qua...
... fenu...
... pmanes...
... ganat...
... **P**...
... tris...
... filii...
... ne...
... nobis...
... dam...
... **ne se po**...
... quia...
... no du...
... inoce...
... tum...
... glari...
... **M**...
... ndas...

Hic s. Conuenientia
nobis unum in hoc est
domica cena memoranda. In
quibus enim sua cena plerumque
ad manducandum. Et alii quidem
esurit. alius autem eius est.
Nunquid domos non habent ad
manducandum. et bibendum. et
ecclesiarum dei acceptant. et con
suetudinis eos qui non habent.
Quod dicitur nobis: Laudo uos
in hoc non laudo. Ego enim ac
cepi a domino: quod et tradidi uobis.
quoniam dominus ihesus in qua nocte tra
dit. accepit panes et gratias
ages fregit et dixit. **H**oc est cor
pus meum quod pro uobis traditur.
hoc facite in mea commemoratio
ne. Similiter et calicem postquam
cenauerit dicens. **H**ic calix no
uum testamenti est in meo sanguine

Εὐφημία γαμικῇ

FESTO NUPTIALI,

Quod

Reuerendus, pietatis, eruditionis, virtu-
tisq; laude ornatissimus vir DN.

I O H A N N E S

N E R L I N G V S PASTOR EC-

clesiæ Christi in Kraffsdorff fidelissimus,

consuetâ Christianis solennitate celebratu-

rus est ad 13. Maij diem, Anno

ἔ 2507ονίας

e 13. 13. C I.

Cum

Castissima pudicissimaq; virgine

E S T H E R A,

Reuerendi, verâ & sincerâ pietate, præclarâ in-
tegritate atq; doctrinâ præstantis viri, Dn. MI-

C H A E L I S M A S T O R F F I I parochi in

Mutzschau vigilantissimi filiâ

Consecratæ

Ab Affinibus, Fautoribus, & Amicis.

L I P S I A E,

EXCVDEBAT MICHAEL

LANTZENBERGER.

25

1. Die ...
 2. Die ...
 3. Die ...
 4. Die ...
 5. Die ...

6. Die ...
 7. Die ...
 8. Die ...
 9. Die ...
 10. Die ...

11. Die ...
 12. Die ...
 13. Die ...
 14. Die ...
 15. Die ...



N

Αὐτῆς διασμάτιον γαμικόν.

On benè viuit homo sociâ sine compare solus;
 Tritum est, sed verū est, comprobat ipse Deus.
 Hoc animo tecum reputans, modò IAN E colende,
 ESTHERAM stabili iungis amore tibi.
 Sit faustum & felix cultam probitate puellam,
 In thalamum grator, sponse, venire tuum.
 Candor, amor, pietasq; , manum, thalamumq; , ani-
 mumq; ,
 Vinciat, auctet, alat, foedere, prole, fide.

CHRONODISTICHON,

Annum, mensem, diem, & nomen *νεονύμφων* continens.


LVX vbi COLLVXII bis qVInta & tertia MAII,
 ECCE & SIC sponsa est Esther, Iane, tibi.

moris & honoris ergò F.

Esaias Helborn senior, sub De-
cianatu Episcopatus Cizensis pa-
rochus.

A 2

Σω



Σὺ Θεῶ τε καὶ τύχῃ ἀγαθῇ Νεονύμ-
φοις συγχαρίζε).

○ Gratum fatum, exoptabile, amabile tempus,
Nubila quodq; auffert, iubila quodue refert.
IUBILA nunc omnes CANTATE, sonate, precando
Inq; choro, inq; foro, tumq; domo, atq; toro.
Ver redijt, redeunt verè cum Vere, verende,
Pierides, Charites, virgo venusta Venus.
Et veniens Venus in venis iuuenilibus æstum
Excitat, vt fingi dicier haudue queat.
Testis adest multùm semper venerandus IANVS
NERLINGVS, cuius corculum amore flagrat.
Hunc faculis siquidem & iaculis percussit & vsit
Diua Venus, Veneris blandulus atq; puer.
Flamine tum sancto crescit pia flammula amoris,
Vt thalami casti fœdera casta paret.
Inde ESTHER fato, fatuo non impete, tandem
Iam venit in thalamum, sponsa petita, suum.
Summè laudatis est hæcce parentibus orta,
Matre piâ, docto tum quoq; Patre viro.
Fidus præco fuit longo qui tempore Christi,
Cui mens sana, fides cana, senilis honos.
Hunc Deus innumeris donis instruxit, & auxit
Vbertate domum, prole decente torum.
STAKA huius gnatham primùm sibi fœdere iunxit,
Nomine quæ dicta est ELISABETHA suo.
Primus

A L I V D.

A Vthor coniugij Deus est, Deus undiq; rebus
 Coniugij ostendit conscia signa sacri:
 Si caelum aspiciamus, volucrum genus omne vide-
 Connubij specimen mille referre modis: (mus
 Casta columba suo letatur adesse columbo,
 Et fidam fido praestat amore fidem.
 Turtur turturibus, cygnoq; assistere cygnus
 Visitur, & sequitur par in amore parem.
 Sic & adaptat amor crescentum semina rerum,
 Sympathiamq; suam multa animata colunt:
 Serpyllum Libanotis amat, sibi vultq; chamedrin
 Teucrion, & cunilam poscit habere Thymus.
 Sic platanus platano letatur, vitibus ulmus,
 Alno alnus, cedris gaudet ouatq; cedrus.
 Quercetis quercus, salicesq; vigere salictis
 Constat, & aptato quaeq; virere solo.
 Sic & concubitu gaudent animalia, flammis
 Cuncta calent, ardens omnia feruor habet:
 Compare pro propria depugnant saepe leones,
 Coniuge pro socia Tigris & arma capit.
 Quid multis, totus cum mundus flagret amore,
 Cur homo non etiam flagret imago Dei?
 Quare

Quare laudandus sponsus, laudandaq; sponsa,
Quos iunxere sacro vincula amore tori.
ESTHER IOHANNEM vinculis bene vinxit a-
Non inconueniens nomē & omē habens: (moris
JOANNES igitur quo nomen adimpleat, adsit
ESTHERÆ vero cordis amore fauens.
Et tu caste Deus casti fundator amoris,
Qui vis à castâ non nisi mente coli:
His etiam castos afflabis amantibus ignes,
Augendo incensas inter utrumq; faces.
Fac quò coniugium diuino Numine cœptum,
Sit sponsis felix, pacificumq; nouis.
Sit quò prolificum, purum, laudabile, castum,
Fecundum, concors, et sine labe pium.
Nec turbent istud morosis iurgia dictis,
Aut Eris & socio lis inimica toro.
Sed qua sincero concordia iunxit amantes,
Duret ad aternos firma tenaxq; dies.
Hæc pia vota tuo sum, sponse, precatu honoris,
Hæc thalamo rata sint, optima sponsa, tuo.
Tu qui vis casto castissimus ore vocari,
Has quoq; fac castas pondus habere preces.


M. Iohannes Machtius
Taurinæ verbi Minister.

ALIVD.

A L I V D.

I Vngimur inter nos naturæ legibus omnes,
 Humanâ quotquot conditione sumus :
 Sed fouet alternas paucorum in cordibus imis
 Viribus occultis mutua flamma vices ;
 Fœdere coniugij similes sic copulat idem,
 Qui sanxit Thalami iura sacrata DEVS.
 Gratulor ergo tibi, Adfinis, quòd sponsa, sororq̃,
 Quæ tibi tota placet, moribus apta venit.
 Filius Immanuel sancto spiramine amorem
 Suscitet, ac vestro det bona cuncta toro.

M. Michaël Mastorff
 Sponse frater.



A L I V D.

A summo Thalami DEO satore
 Adfinis tibi gratulor, precorq̃
 Cum sponsa bona qualibet sorore,
 Et cursum facilem, statum quietum,
 Fœcundum thalamum, & Dei fauorem :
 Ac qui coniugibus Canæ probatis
 Vini nectareum dedit liquorem,
 Mutans ab aqua hydrias refertas:

Js cœ-

*Is cœptis benedicat opto vestris,
Et totum faciat torum quietum.*

Thobias Mastorffius
Sponsæ Fr.

F I N I S.



aut emissa voce magna ex
piravit **ps. nr.** Et uidi ce
phi lassu e' in duo. alio me uita
deorsu. Vides aut' e' in quo
exadulo stabat. ga sic clamor
expirasti ait. Ver' hic homo
di filius erat. Erat aut' e' in
heres de lege aliter. Me
qs erat in me. Me' p' d' e'
et maria. In me' p' d' e'
yoseph man' e' salu' me
Et cu' e' in me' p' d' e'
eu. et misit. Me' p' d' e'
miser q' h'ent e' in me' p' d' e'
ultra. **ex.** **E**rat
seru e' in me' p' d' e'
erat qd' e' in me' p' d' e'
yoseph alio in me' p' d' e'
decurio qd' ipse e' in me' p' d' e'
decurio di. Et in me' p' d' e'
me adp' s'ate e' in me' p' d' e'